Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gene

Noli accipere cōiugem de semine
chanaan. sed uade profitiscere in me
sopotamiam syrie ad domū bathuel
patris matris tue. & accipe inde tibi
uxorem de filiabus laban fratris ma
tui. Deus aūt omnipotēs benedicat tibi.
et crescere te faciat. atq; multiplicet
ut sis in turbas populorum. & det tibi
benedictiones abrahae. & semini tuo
post te. ut possideas terram peregri
nationis tue. quam pollicitus est auo
tuo. Cum q; dimisisset eum ysaac.
profectus uenit in mesopotamiam
syrie ad laban filium bathuel syri
ci fratrem rebecce matris sue. Videns aūt
esau quod benedixisset ysaac patri
suo iacob. & misisset eum in me
sopotamiam syrie. ut inde uxorem
duceret. & quod post benedictionem
precepisset ei dicens. Non accipies
uxorem de filiabus chanaan. quod
q; obediens iacob parentibus suis.
isset in syriam probans quoq; q
non libenter aspiceret filias cha
naan pater suus. uult adoptiuus he
leu et duxit uxorem. ablq; his. qs
perus habebat. meleth filiam ysma
hel filii abrahae. sororem nabaioth
primi. egressus iacob de bersabee p
gebat haran. Cumq; uenisset ad
quendam locum. & uellet in eo req
escere. posto solis occubitum. tulit de
lapidibus qui iacebant ibi. & suppo
nens capiti suo dormiuit in eodem
loco. Vidit q; in somnis scalā stā
tem sup terram. et cacumen illius tā
gens celos. Angelos quoq; dei ascen
dentes & descendentes per eam. & dom
inum in ea stare dicentem sibi
Ego sum dominus deus abrahae
patris tui. & deus ysaac. Terram
in qua dormis tibi dabo. & semini tuo
Erit q; germen tuum q̄si pulus ter
re. Dilataberis ad orientem & occi
dentem. & septentrionem. & meridiē
et benedicentur in te. & in semine tuo
cuncte tribus terre. Et ero custos tui
quocunq; perexeris. & reducam te in
terram hanc. nec dimittam nisi con
pleuero omnia que dixi. Cum q; e
xpergisceret iacob de somno ait. Vere
dominus est in loco isto. et ego nesci
ebam. Pauens q; ait. Quam ter
ribilis est locus iste inquit. non est hic
aliud nisi domus dei. et porta celi.
Surgens ergo mane tulit lapidem
quem supposuerat capiti suo. & erexit
in titulum. fundens oleum desuper.
appellauit q; nomen urbis bethel. que
prius uocabatur. Voluit etiam dño
votum dicens. Si fuerit dominus de
meum. & custodierit me in uia ista
qua ambulo. & dederit mihi panem
ad uescendum. & uestimentum ad in
duendum. reuersus q; fuero prospe
re ad domum patris mei erit mihi
dominus in deum. & lapis iste quē
erexi in titulum uocabitur domus
dei. cunctorum q; que dederis mihi
decimas offeram tibi.

XXIX

Profectus ergo iacob uenit
in terram orientalem. & uidit
puteum in agro. tresq;
greges ouium accumbentes iux
eum. Nam ex illo ad aquabantur
pecora. & os eius grandi lapide cla
udebatur. morisq; erat. ut cunctis
ouibus congregatis de uoluerent
lapidem. cunctisq; refectis gregib;
rursum sup os putei ponerent.

Dixit q; ad pastores.